

Psalmus responsorius

Ps 114, 1-2. 3-4. 5-6. 8-9 (R̄.: 9)

R̄. Ambulábo coram Dómino in regióne vivórum.

vel:

Allelúia.

¹ Diléxi, quóniam exáudit Dóminus
vocem deprecatiónis meæ.

² Quia inclinávit aurem suam mihi,
cum in diébus meis invocábam. R̄.

³ Circumdedérunt me funes mortis,
et angústia inférni invenérunt me.
Tribulatiónem et dolórem invéni

⁴ et nomen Dómini invocábam:
«O Dómine, líbera ánimam meam». R̄.

⁵ Miséricors Dóminus et iustus,
et Deus noster miserétur.

⁶ Custódiens párvulos Dóminus;
humiliátus sum, et salvum me fáciet. R̄.

⁸ Quia erípuit ánimam meam de morte,
óculos meos a lácrimis,
pedes meos a lapsu.

⁹ Ambulábo coram Dómino in regióne vivórum. R̄.